



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Ante Missam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

## ANTE MISSAM.

**M**ulti multa præcipiunt, & præces prope innumeras congerunt: pauca præscribam, & simplicia. Preparatio in vniuersum duplex, remota, & proxima. Remota est, quæ Missæ tempus horis aliquot antecedit. Proxima, qua se Sacerdos ad celebrandum, proximè comparat. Ut autem est alius alio sanctior, ita in præparatione,

ne,

*celebrandi form. 28*

ne, quam remotam dicimus, instituenda sollicitior, accuratiorque. Pauca hæc ab omnibus seruata velim. Pridie eius diei, quo celebraturus est, quisque cogitationē hanc suscipiat, eique si fieri possit, indormiat, Crastina die omnipotenti Deo salutarem hostiam oblaturus sum; illudq. Dauidicum oret, Memor <sup>*Psal. 139*</sup> sit Dominus sacrificij mei, & holocaustum meum pingue fiat. Ad dat breuem aliquem affectum, seu reuerentia,

tia,

22 *Facilis deuotè*  
tia, seu amoris, seu de-  
siderij, seu pudoris, aut  
alium quẽuis. Sequen-  
ti die in eadem cogita-  
tione, & affectu euigi-  
let, tempusq̃. aliquod  
ex more orationi men-  
tali tribuat. De cæte-  
ro munditie tum in-  
ternæ, tum externæ ra-  
tionem præcipuam ha-  
beat, caueatq̃. in pri-  
mis, ne animus in ludi-  
cra, aut externa ita di-  
labatur, vt sub Missæ  
tempus non nisi ægrè  
reuocari possit. Sacra-  
mentalıs confessio si  
obeunda sit, seriò, &  
cum

*celebrandi form. 23*

cū pietatis sensu, nunquam autē neglectim eam obeat, ne quendam quasi stuporis calum contrahat, & ad pios, religiososq. motus indurescat. Proximè ante sacrum temporis aliquid sumat, putà horæ quadrantem, quo illud impleat Apostoli monitum, Probet autē seipsum homo, &c. I. Cor. 11.  
Eo tempore iubent aliqui mysterij fidem excitari, spem erigi, caritatem accendi, dominicæ passionis inuouari memoriam, sacrosã  
ete

24 *Facilis devotè*

etę Trinitatis personas  
singillatim appellari, &  
id genus plurima, quę  
omnia sanctè, pieq. præ  
cipiuntur. Verbo di-  
cam, quod sentio. Qui  
diuinis rebus exercita-  
tos sensus habent, ijs  
non multis documētis  
opus est. Præstat enim  
vt affectibus sanctis in-  
dulgeant, quàm vt se  
alienis præceptis illi-  
gent. Quia tamen ple-  
riq. sunt vel minus per-  
se idonei ad animum  
ad cœlestia erigēdum,  
vel admodum occupa-  
ti, ijs ego, alijsq. qui re-  
cen-

*celebrandi form. 25*

centes, & noui ad hoc  
myfterium accedūt, le-  
ui manuuctione con-  
fulam. In primis igi-  
tur autor sum, vt tres  
actus nunquam inter-  
mittant; ij sunt Dire-  
ctio intentionis, Con-  
tritionis, & Amoris,  
feu Defiderij excita-  
tio. Hos in hebdoma-  
daria praxi, quæ proxi-  
mè subijcietur, semper  
præmittam. Et quidem  
quod ad directionem,  
intentionis attinet, ge-  
minam dabo, quæ pro  
Sacerdotis opportuni-  
tate longior, aut bre-  
uior

B

uior

26 *Facilis deuotè*  
uior fieri poterit. Con-  
tritionis autem actum;  
& Defiderij, seu Amo-  
ris excitationē per sin-  
gulos hebdomadæ dies  
commutabo. Cæterum  
facile cuiq̃. fuerit, pra-  
xim hanc hebdomada-  
riam, menstruam, aut  
etiam longiorem face-  
re, mutatis per singu-  
los mēsis dies seu Dei,  
seu Christi Domini at-  
tributis, atque elogijs,  
seu etiam vitæ ipsius  
mysterijs, alijsq̃. gene-  
ris eiusdem. Subijciam  
denique breues tum  
ex sacris paginis, tum  
ex

*celebrandi form. 27*

ex PP. sententijs, tum  
ante rem diuinam, tum  
post eam vsui futuras,  
quasi quosdam pietatis  
igniculos, vt ijs confi-  
derādis immorari pos-  
sint, qui id præstare  
maluerint, quàm quæ  
fusiùs tradita sunt pro-  
nunciare.

---

IN MISSA.

**T**Res omnino diui-  
næ huius actionis  
comites esse necesse  
est, Reuerentiam, At-  
tentionem, Deuotio-

B 2 item.